

8
Illustrissime ac doctissime Domine!

Ignosce, quaeso, pro humanitate sua,
denuo Te a me ignoto homine molesta-
ri et quidem ejusdem objecti causa.
Non recordor amplius, quibus verbis
preces meas in ultimis litteris ex-
presserim, sed haud dubie illas non
satis perspicue retuli.

Croatica nomina plantarum
in antiquioribus libris et manus-
scriptis a me reperiata ipsis illis
obsoletis latinis et ex parte itali-
cis ac arabicis vocibus interpretan-
tur, quarum elencum Tibi misi,
siquidem mihi illarum vera si-
gnificatio non pateat. Preces igitur
meae eo sendebant, digneris
~~mihi~~ obscuris his vocabulis latinum
hodie usitatum nomen botanicum
adjungere, id quod ego ob defectum

/.

antiquorum botanicorum operum exuere
non valeo.

Liberalitate Tua preter firmam spe-
ro, Te precibus meis iteratis hoc modo
explicitis repulsam non daturum,
neque pro licentia hac veniam apud
Te impetraturum.

Reverenti cum veneratione per,
severo

Illustrationis Tuae
Lagraviae b. Mart. 1877

sevens. humillimus
J. P. Suleky
H.